

Alte Drucke

**DE VENTRICVLI AF-||FECTIBVS DISPV-||TATIO. || Æterna atq;
indiuidua aspirante Triade. || PRAESIDE CLA=||RISSIMO
VIRO, DOMINO GEORGIO || HAMBERGERO, ...**

Hamberger, Georg

Tubingae, 1569

VD16 ZV 30579

DE VENTRICVLI AFFEctibus Disputatio.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150115

DE VENTRICVLIAFFE- ctibus Disputatio.

Quæstio.



V M V E N T R I C V L V S , E X Q Y O V E L V ⁊
t i ταμείω quodam , vel vt Aristoteles loquitur ,
ω̄περ ἐν φάτνης , reliquæ corporis partes pabu-
lum ad se alliciunt , varijs & diuerisis , iñsq; pe-
riculo minime vacantibus , symptomatis & af-
fectibus , iam in eius ore , iam in cauitate tentari soleat : dis-
quisitione haud indignum putamus , qui nam illi & quales
sint affectus .

Propositio prima.

Ventriculus in duras , easq; maximas ac præcipuas par-
tes , Galeno libris quinto & sexto de locis affectis secatur:
quarum vna quæ superior & œsophago continua , mul-
tis nervis sensificis intertexta est , atque ιαρδία seu
cor , propter Symptomatum scilicet quæ inducere videtur
vehementiam , vel os ventriculi , vel ostium , quibusdam
etiam stomachus , sed impropre , appellatur : Altera vero
huic continua , ad intestinorum usq; exortum , duodenum
nominatum protenditur , & cauitas seu fundum & spatium
Ventriculi dicitur .

2.

Et quia natura , (quam inertem Asclepiades vanissime
dixit ,) prudenti patrifamilias ritè omnia dispensanti similis
admodum existit : Ideo & his vtrisq; partibus propriū mu-
nus in animalibus obeundum dedit . Superioris namq;
partis ,

partis, oris videlicet, munus est ciborum potionumq; ap-
petentia, cuius quidem gratia insigne par neruorum, à cere-
bro ex sexta eius coniugatione propagatum, ad ipsam dis-
seminatur: Alterius autem propria actio est, eorundem ci-
borum concoctio.

3.

Pro utilitatis ergo differentia harum partium, vbi earum
quælibet laesionem acceperit, diuersa eis eueniunt sympto-
mata & affectus, licet interdum similibus quibusdam ap-
prehendantur.

4.

Ciborum porro appetentia nihil aliud est, quam sensus
inanitionis, à suctione venarum quasi emulgentium & sus-
gentium in ore Ventriculi excitatus, cum Ventriculus
chylo suo, quem ex alimento hausit, priuatur. Hanc appes-
tentiam præcedunt, primum vacuatio, deinde partium va-
cuatarum naturalis appetentia, tertio Ventriculi suuctio,
quarto suctionis sensus, quem postea animalis appetentia,
de qua nobis h̄c sermo est, subsequitur.

5.

De concoctione vero, prima scilicet, variæ fuerunt veter-
rum Medicorum sententiæ. Alij namq; conterendo, vt E-
rasistratus, alij putrescendo, vt Plistonius, concoctionem
fieri dixerunt: nonnulli, vt Asclepiadis asseclæ, nullas al-
terationis huius causas, à Medico requirendas esse existi-
marunt: nos vero his sententijs, tanquam erroneis, explos-
sis, hanc Ventriculi alterationem ob insitam eiusdem ev-
x̄p̄oxiā fieri arbitramur. Est namq; ciborum concoctio, in
qualitatem animanti nutriendo familiarem alteratio, à cas-
lore innato facta.

6.

Hæc quo minus recte peragatur, multis, ijsdemq; varijs,
& inter se discrepantibus morbis & symptomatibus impe-
ditur:

A 2

ditur:

ditur: iam intemperie simplici, iam ea quæ humoris alicuius particeps est: & hoc quidem propriæ essentiæ culpa, ex aliqua scilicet qualitatum primarum intemperie: Quandoque virtus ipsa lœditur à morbo aliquo instrumentalí, vt, erysipelate, phlegmone, œdemate, scirrho, abscessu, & alijs, quorum omnium occasione, licet rarius contingant, Ventriculus, facultate eius concoctrice oblaesa, male concoquit. Nonnunquam vtrumq; genus morborum concurrít.

7.

Intemperies igitur aliqua vbi virtutem offendit cor coctrīcē, communis curationis scopus erit alteratio, si o nimirum modo, vt pro eo quod exuperat contrarium inducamus, eò usq; donec Ventriculum ad symmetriam & naturalem habitum reduxerimus. Sic calida intemperies refrigeranda, frigida calefacienda, humida siccanda, sicca instar hecticæ curanda erit. Sī humor aliquis calefaciendi, vel refrigerandi viñ obtinens, concoctrīcē facultatem lœserit, alia atq; alia curandi ratio, pro humoris diuersitate emergit.

8.

Orificium Ventriculi superius, cum pars sit corporis exactissimi sensus, multa symptomata patitur, in quorum numero ponitur, dolor & oris Ventriculi mordacitas, quam καρδιαλγία ἡ læsa particula & ipso symptomate dicimus: Alij καρδιωγμὸι καὶ καρδιακοὶ appellitant.

9.

Etsi autem dictæ appellationes, pro vna & eadem re interdum usurpentur: tamen quibusdam vt nomine, ita quoque re ipsa discrepant. Nam καρδιαλγία morsumoris Ventriculi, καρδιωγμός non hunc solum, sed etiam celerem cordis motionem, palpitationi non dissimilem, denotat: At καρδιαι, vel, vt Celsus loquitur, cardiacus morbus, nihil aliud est, quam nimia corporis imbecillitas, quod stomacho languente immodico sudore digeritur, id quod accidit, vbi humores

humores praui vellicantes & virulenti in ore **Ventriculi**
collecti fuerint, aut eo confluxerint.

10.

Hæc itaq; oris **Ventriculi** mordacitas & punction, non
à calida modo intemperie, sed & humorum acrimonia pro-
uenit, in qua angor ac dolor cum morsu et rosione quadam
sub pede oris cartilagine percipitur, cum languore, caloris
adeoq; corporis totius exsolutione, quam bilis interdum ex-
actæ vomitus excipit, quandoq; ea descendente ex alio bis-
liosa egeruntur. Sentiunt quin etiam hunc **Ventriculi** mors-
sum, non solum qui cum morbis conflictantur, sed etiam
ij qui diutius paulo famem tolerarunt, præsertim vbi ex-
ercitatione aliqua vehementi defatigati & moerore confe-
sti fuerint, vel vbi Lumbrici etiam sursum ad os **Ventri-**
culi ascenderint.

11.

Ori præterea **Ventriculi**, ut appetentiæ animalis sedi, ins-
satiable illa ciborum appetentia, κυνοφεγγια και κυνωσθις ορεξις,
latinis canira appetentia appellata, accidit. In hac enim
immoderatus est ad cibum appetitus, quem tamen assum-
ptum **Ventriculus**, quod eo aggrauetur, retinere nequit,
sed per vomitum reiicit, quo reiecto iterum esurit, rursum
ergo sese cibo explens, ad vomitum quemadmodum canis
reuertitur, hinc proverbum ἐπίτηξέ τας κύωψ ἐπὶ τὸ ίδιον ἔξε-
γεια,

12.

Hoc malum itidem ex oris **Ventriculi** morsu, suctionis
sensi proportione respondentem prouenit, quem sanè fri-
gidior eius intemperatura, aut humores vitiosi acidii ac fri-
gidi, quos orificium stomachi, tanquam spongia aquam ex-
orbuit, proritant. Aliquando ex immodica corporis totius
dissipatione, à caloris nimirum robore, & facultatis reten-
tricis imbecillitate effecta, ortum habet.

A 3

13. Affes

13.

Affectio hæc in genere est noxæ functionum animalium, atq; adeò ipsius sensus tactus. Ventriculus namq; à causa aliqua non naturali veluti diuulsus, eam diuulsionem, quæ per suctionem fit immodicam, non ferens, ad vitiosam istam & modum in quantitate excedentem appetentiam excitatur, propterea functio ipsa depravata est.

14.

Appetentia hæc vbi diutius perseverarit, in βελιμον seu βελιμαση quandoque transit, qui quidem affectus, ingenitem etiam famem, quam vaccinam Practici nuncupant, significat. Nascitur autem ex indigentia & cibi defectu, accidente imbecillitate à frigida intemperie procreata, atque oris Ventriculi refrigeratione à frigore externo, qualis secundum Suidam accidere solet, iter per intensum frigus & nives agentibus, cum corpore densato intro pulsus calor alimentum depascitur.

15.

In expositione ergo causarum Bulimi, hæc tria sunt quæ sese inuicem consequuntur, frigida videlicet oris Ventriculi intemperies, quæ ingentem famem creat, facultatis imbecillitas, quam magnus virium lapsus excipit, virium austem lapsum animi defectus & Syncope consequitur. Ad hanc euítandam famem, Græci solenne festum celebras runt, quod βελιμον ἔξελαση dixerunt, saturati mancipio virginis cælo acclamantes, ἔξω βελιμορ, οὐσα δὲ τάλετον καὶ ὑγέαρ.

16.

Dissident βελιμία & κυνορεῖα à se inuicem, quod hæc fortis est & viget, illa cum appetitu vehementi incipiens, eundem tamen perdurantem non habet, nec in ea membra & corporis partes sic constitutæ & affectæ sunt, ut repleri & nutrimentum recipere possint, nec ad Ventriculum solum, sed

sed ad vniuersi corporis compaginem refertur, deteriorq; o-
mnino affectus est, quam sit canina appetentia.

17.

Contingit non raro, affectionem quandam canino ap-
petitui planè contrariam, quam ἀνορεγίαν, ἀποστρίαν, καὶ ἀσθμήν.
Hippocrates & Galenus, latini autem cibi fastidium nomi-
nant, oboriri. Etenim in ea immixuitur, aut omnino pro-
sternitur appetitus, quod scilicet vel suctionis sensus in ore
ventriculi perierit, vel suuctio amplius non fiat, aut corpus
ipsum non inaniatur.

18.

Quemadmodum depravata accidit appetentia in qua-
titate, sic etiam in qualitate, veluti in malacia, quæ appeti-
tus est corruptus, quo laborantes prauras & à natura plane
alienas qualitates appetere solent. Quippe hoc affecti ma-
lo, extintos carbones, testas, lateres coctos, cimoliam ter-
ram, arenas, carnes crudas, fructus acerbos et acidos, vel ali-
os huiusmodi cibos peregrinos, pro vitiōsi humoris varie-
tate, concupiscunt. Aristoteles νηστεῖη nominat.

19.

Insequitur hæc affectio, prauram oris Ventriculi inten-
peraturam, cum videlicet eius tunicae humore aliquo vi-
tioso, vel excremento oblita sunt, ac non mulieribus tan-
tum secundo & tertio mensibus vterum gerentibus, sed &
viris ipsis, vt cibos tam absurdos & naturæ abominabiles
appetant, contingit, sicuti quendam nobilem, qui ad vitæ
visq; finem arenam perpetuo comedit, nouimus.

20.

Frequentius tamen grauidæ hoc malo vexantur, in qui-
bus depravata fit concoctio, cum calor circa genituram oc-
cupetur, & γόνη minor & imbecillior, id quod pro alimenti
ratione ad vterum desertur, non possit concoquere, donec
ἐγκύων καὶ παιδī fiat, ita vt ex hoc ipso variæ in stomacho sus-
perflue-

perfluitates redundant, & κίτησις excitent.

21.

Alia tria symptomata in potionis appetentia, ijs quæ ciri
ca cibi appetentiam fieri diximus admodum similia, eues
niunt. Interdum enim quædam veluti priuatio seu abolitio
potionis adest, cum corpus potione omnino non indiget,
nec suum πάθος sentit. Nonnunquam deprauata est po-
tione appetentia, interim etiam imbecilla. Sitis ergo, alia
as σφοδρὸν δίγανα dicta, vehemens est frigidi & humidi ap-
petentia.

22.

Prouenit vero immoderata hæc potionum appetentia,
aut ob caliditatis in ore Ventriculi excessum, aut humidis-
tatis defectum, aut etiam propter vtracq; simul, & hoc vel
ratione proprij temperamenti, vt quando nativa in Ven-
triculo humiditas veluti feruet: vel ratione humorum, qui
aut falsi, aut bilosi in ipsis Ventriculi tunicis continentur.
Verum pro humorum vitiosorum dominantium modo &
qualitate, prauæ quoq; potiones, perinde atq; cibi, appetun-
tur.

23.

Exoritur insuper veluti conuulsiva oris Ventriculi affe-
ctio, Græcis λυγμός, Hippocrati autem quandoq; λύγξ, La-
tinis singultus dicta, quæ est oris, vel ipsius quoq; Ventri-
culi, interdum etiam œsophagi deprauatus motus ac veluti
conuulsius quædam, à facultate expultrice noxia extrudere
cupiente primum, deinde retentrice debili & officium sus-
um negligente, ortum habens.

24.

Hanc perinde atq; conuulsionem, vel ab inanitione, vel
a repletione fieri censuit Hippocrates. Ab inanitione quis-
dem, vt ab immodica expurgatione, vel haemorrhagia, a re-
pletione, quemadmodum pueris & ijs qui crapulæ dediti
sunt accidit. Singultiunt præterea ij, qui diatriponipereon,
vel

vel piper deglutientes, vinum confestim biberunt: vel quibus bilis, aut aliud quipiam mordax in Ventriculi tunicis impactum fuerit.

25.

Ad has causas cum Galenus & cæteri in spasio, quem non proportionatum ad materiam vocant, qualitatem addant malignam: Ideo & in singulu vapor malignus ad os ventris effusus, deteriorem sæpe, quam quiuis humor morbus dicans, singultum accersit, qualem in pestilentialibus febribus, quod vidimus, atq; iocinoris etiam inflammatione, fieri interdum constat.

26.

Singultus eiusdem generis cum vomitu motus esse videtur, sed fortior & vehementior. Nam per vomitum ea quæ aut in ore aut in spatio Ventriculi latiori continentur, per singultum vero non hec tantum, sed & ea quæ in ipso Ventriculi corpore hærent, altiusq; immersa sunt, ejcere tentat natura, atq; ob id vehementiori opus est motu.

27.

Atqui non in singultu modo & vomitu, sed & in νησιαι μῳ, ἀνα τροπῃ, καὶ ναυτιᾳ, id quod contrastare videtur per os supernum ejcere tentat Ventriculus. νησιαιος autem seu stomachi supinitas, non ob intemperiem solum quamcumque simplicem, sed ob humiditatem etiam multam, non tam men qualitatis malignæ, contingit. Ανα τροπῃ seu nausea illa quæ à cibo sumpto fit subuersio, nunc oris Ventriculi debilitatem, nunc humiditatem aliquam vitiatam, sed eam modicam sequitur. Ναυτιᾳ vero seu nausea vomitum præcedit, & est inanis facultatis Ventriculi expultricis motus, qui interdum ad vomitum impellit, interim etiam citra vomitionem fit: Quamvis sæpe sponte nulloq; conatu ab ore materia profluit aquosa. At vomitus licet praurus quoq; eiusdem expultricis Ventriculi facultatis motus sit, per eū

B tamen

tamen id quod ori, vel cavitati Ventriculi molestum est,
sursum reicitur.

28.

Gignuntur hi duo postremi affectus ex humore aliquo
vitioso, siue calido, siue frigido, qui in Ventriculi cavitate
aut fluctuat, aut tunicis instar visci affixus haeret, aut serosis
or existens ipsis Ventriculi tunicis immergitur. Atque e-
iusmodi quidem humores ex Ventriculi intemperie cum
calida, tum frigida nonnunquam nascuntur. Nonnunquam
autem ex uniusculo corpore, vel alijs sedibus male affectis,
ut pote ex iocinore, ex liene & capite, in ipsum Ventricu-
lum confluunt, qui sane humores omnes, quemadmodum
& cibi ingesti aut copia grauando, aut prauitate morsum
inferendo, facultatem expultricem lassifunt & irritant. In-
terdum etiam ex Ventriculi imbecillitate ab humida prae-
sertim intemperie nata, vel à qualitate aliqua aliena & ve-
nenata vomitus concitatur.

29.

Est & quando sanguis crassus, & concretione iam nigre-
scens, ex ipsomet Ventriculo eromitur, quando nimurum
aut per rupturam, aut per $\alpha\mu\sigma\mu\omega\pi$ venarum ex alijs mem-
bris erumpens, in ipsum Ventriculum effunditur, ut quan-
do ex capite ad stomachum, aut à splene, vel ab hepate per
venas mesaraicas regurgitat, vel quando ab utero in men-
sium retentione, vel haemorrhoidum suppressione, vel pro-
pter membrum etiam mutilum, aut ascendit aut descendit.
Et quod mirum, interdum ex longo intestinorum ductu-
rum, nigerrima instar picis, aut medullæ cassiae, per superiora
excernuntur.

30.

Inter prauos facultatis expultricis motus connumerantur
etiam cholera, quæ est immoda Ventriculi perturbatio,
supra infraque erumpens, in qua suræ nonnunquam contra-
hunduntur.

hantur, corporis partes extre^ma refrigerantur, & breui
admodum momento homines ad interitum deducere pos-
tent. Dicitur Tralliano cholera, quia per intestina, quae χολή^{της}
λαίδας veteres appellarunt, materia excernitur. Hinc Ho-
merus, χύντο χαμαι χολάδες ῥνθε σκτόθρο δασ, ἐνάλυτε.
Qui hoc tenentur malo, Græcis χολεριοί ή χολεριῶνες dicun-
tur, Latinis autem bilosi.

31.

Secundum Hippocratem libro quarto de ratione victus
in morbis acutis, & in libello qui introductio seu Medicus
inscribitur, duplex est cholera, arida & humida. Ab arida,
quod ex spiritu fiat flatuoso venter inflatur, strepitus fiunt,
& dolor cum laterum, tum lumborum concomitatur, nisi
hilum alius deicat, sed astringitur, de hac tractare non est
nostrri instituti, sed de humida potius, quæ crebrior est.

32.

Oritur autem ob bilosorum humorum copiam, qui pri-
mum liquidiores, deinde crassiores reperiuntur. Nec ex
hac solum causa, ut quidam sentire videntur, sed & ob mul-
tam etiam cruditatem, quæ ex magna alimentorum prauis-
tate originem dicit, gignitur.

33.

Præter iam dictos affectus, ipsi Ventriculo ut coctionis
instrumento, retentrice ipsius facultate imbecilla existente,
alius quidam, Græcis τηνυμάτωις, καὶ ἐμφύσκα μαζέος, Lat-
inis inflatio Ventriculi nominatus, quandoque accidit. Hic
affectus nihil aliud est, quam eiusdem Ventriculi distensio
& dolor ex flatibus, qui quidem ex humoribus in ipso pi-
tuitosis, aut cibis per calorem deficiente^m & imbecillum
in vapores resolutis, generatur.

34.

Etenim ut absoluta frigiditas vaporem prorsus non effi-
cit, quod scilicet ea nec attenuat omnino, nec conficit, nec

B 2 alimen-

alimentum dissoluit: ita quoq; vehementior calor , quoniam id quod complectitur multis modis vincit ac superat, non attenuat modo atq; dissoluit , sed prorsus absunit & dissipat . Vnde Hippocrates , ἱπποκράτες , non admodum τανυματώδες , ac tales qui calido prædicti sunt Ventriculo, Galeno θερμόκοιλοι dicuntur.

35.

Non tantum autem frigidus humor & pituita crassior, vel cibi, sunt causa flatuum , sed flatus etiam fieri possunt propter ἀπνίαν & partium imbecillitatem.

36.

Discernitur hæc Ventriculi inflatio ab œdemate , cum quo magnam cognitionem habere videtur , quod scilicet dīgitis pressa vestigium nullum ut œdema retinet, ac sonitus īstar tympani ædit . Grauitas quoq; & distensio nedum circa ventrem ipsum, sed iuxta totum pectus sentitur, aliquid etiam tumor & eminentia quædam iuxta os Ventriculi efficitur, ructusq; fiunt modice alleuiantes: Flatum deniq; qui per alium excerni constuerunt inhibito, et ob septi transuersi compressionem, magna spirandi difficultas subsequuntur.

37.

Spiritus verò isti flatulosi vbi per os excernuntur , ructū seu ἐρυγήρ, sin per inferiorem partem, sonantē strepentes ue, vel sono carentem flatum efficiunt , cum verò per neutram partem efferuntur , non potente scilicet Ventriculo excrementitium seu nebulosum spiritum excernere , inflationem generant. Nonnunquam imbecillum ciborum complexum κλυδῶνες seu fluctuationes cum sonitu co mitantur, quæ tamen , quia Ventriculo valenter refrigerato cum potionē sine cibis flatulosis fiunt, ab inflatione differunt.

38.

Quando eadē retentrix Ventriculi facultas cibos prorsus non complectitur λεπίσια, sin ad consummatam usque cons

concoctionem non retinet, **κολιακή** seu ventralis affectio excitari solet, de quibus cum & in causis & curandi methodo cum diarrhæa ac dysenteria multa communia habeant, non est ut longiores simus.

39.

Cæterum in alteratrice Ventriculi facultate, quæ in ipsis us cœritate maxime viget, Galenus solerter admodum tria in vniuersum symptomata colligit, **ἀπειλίαν** nimirum, quando scilicet nulla omnino alteratio cibi in Ventrículo sit, **δυσπεψίαν**, cum cibis corrumpitur, & in qualitatem plane alienam permutatur, & **βραδυπεψίαν**, quando longiori tempore & vix in Ventrículo alteratur cibus.

40.

Prædicta concoctionis symptomata, quamvis eiusdem functionis à scopo aberrationem insequantur, non tamen hoc ita accipiendum erit, quasi perpetuò facultas ipsa læsa sit. Etenim ubi externo aliquo errore, (in rebus scilicet sex non naturalibus) crebrius commisso, aliquod prædictorū efficitur, nequaquam facultas ipsa læsionem patitur.

41.

Quamvis autem cruditas vitiisorum humorum, adeoque omnis generis morborum mater existat, inter hæc tamen symptomata pessimum est **ἀπειλία** si vitio facultatis fiat, si cuti vicissim **δυσπεψία** & **βραδυπεψία** minus periculi afferunt.

42.

Omnes tamen ferè vniuersali vtentes vocabulo, cruditates nominant, si in aliquo istorum concoctionis eueniat frustratio.

43.

Horum symptomatum causæ maioris saltem minorisque ratione dissident. Sunt autem intemperies omnis siue simplex, siue cum humorum vitio, aut tumor aliquis præter naturam, quibus sanè omnibus facultas ipsa offenditionem patitur. Externus quoque error, qui in ciborum & potionum

B 3 quantis

quantitate, qualitate, sumptione intempestiva, ordine, so-
mno exiguo, & alijs committitur, iam ἀπεψιαρ, iam βραδυ-
πεψιαρ, aut δυοτεψιαρ creare solet.

44.

Non dissimili modo θνατοφόρος fit, cum cibum corrumpit
mala & depravata ipsius qualitas, aut humoris vitioli per-
mixtio, aut ordo præposterus, vt si quis concoctu difficultia
facilioribus, solida & arida liquidis præmittat, sicuti cum
persica mala, fraga, mora, & alij fructus ὅπωραι Galeno dicti
post cotonea, aut punica vocata mala comedantur.

45.

Imperfectæ concoctiones ex Ventriculi frigiditate pro-
uenientes ὁξυεγμιαρ, seu ructum saporem referentem acis-
dum efficiunt. Fit namq; hic ructus, quando cibi à frigore,
aut pituitosis humoribus in Ventriculo corrumpuntur,
quemadmodum nidorosus à calida Ventriculi intempe-
stie, & cibis biliosis procreatur.

46.

Sunt & alia Ventriculi symptomata, ἔγκαυσις nimirum
& καῦμα τὸ σομάχος: illa si quis laborat, multum caloris seu
ardoris circa os, ad quod refertur, Ventriculi sentit: hoc
vero totus Ventriculus aestum patitur, quando flaua bilis
in eiusdem tunicis ebullit & quasi efferuescit.

47.

Sæpenumerò ex ore Ventriculi quidam oriuntur affes-
ctus, partibus quibusdam alijs, principibus præsertim, cor-
de videlicet & cerebro ei consentientibus, corde quidem,
propter exactam quam habet sentiendi vim, ac eius cum
corde vicinitatem, vnde ἐνλυσίς & syncope stomachica, ce-
rebro vero, propter insignes quos ab eodem per sextam
coniugationem neruos suscipit, hinc sopor, veterinus, cata-
lepsis, incubus, morbus comitialis, Melancholia, delirium,
& alia, de quibus omnibus, quum Ventriculo non ita pro-
prij

prīj & peculiares sint, non est ut plura faciamus verba, licet
semper òia èz òiòw èz òia consideranda.

48.

Vt autem Ventriculus partibus quæ Galeno ἀρχαὶ τις
dicuntur, per συμπάθειαν morbos transmittit: Sic vicissim
dictæ partes & aliæ, vt cerebrum, splen, hepar, intestina & re-
nes, Ventriculum infestant, & supra commemorata sym-
ptomata excitant. Nonnunquam corpus vniuersum sese in
Ventriculum exonerans, hunc afficit.

49.

Quia ergo Ventriculus cum partibus omnibus princi-
pibus societatem & cognitionem habet, atq; his & alijs v-
sum communem, alimento primū mutando & confici-
endo, præstat, nec non noxam occasione etiam quauis leui
accipiens, eandem alijs partibus facile & communicat, &
ab iisdem recipit: Ideo summo studio, quo rite suum munus
in corporibus obire possit, anniti debemus.

50.

Quapropter his affectibus omnibus ita expositis, causa
diligenter cognita & perspecta, vnicuique peculiaris curans
di ratio per contraria opponenda erit: Nam si morbo simili-
lis esset, malum non tolleret, sed eum potius augeret
nec præsidij seu causæ sanantis, sed morbificæ
potius rationem haberet. Causa autem
morbī penitus cognita, non diffici-
lis, si desperatus non sit affe-
ctus, curatio erit.

ΤΙΛΘ,

In Prop. 11. pro camini, lege canina. ead. Prop. ἐπιστέψας,
le. ἐπιστέψας. Prop. 24. pro hæmorragia. le. hæmorragia.